

- 63 Aliter verò se res habet quoad Abbatem tertie speciei. Huic enim, demptis literis dimissionis cum excommunicationibus, quae feruntur præmissis monitionibus ad finem revelationis substractis aut deperditis rebus, omnia competunt quae sunt tum voluntaria, tum contentiosa jurisdictionis, & quidem excluso semper Episcopo. Quinimo Episcopus nec retinet quae sunt legitime diocesanae, immo nec quae sunt ordinis, quum possit Abbas tertie speciei pro iis adire quemlibet Episcopum, ut firmat Card. Petra in Comment. ad consiti. apost. consiti. 5. Innocentii IV. sect. uno. n. 29. & duob. sequent. & rursus consiti. 14. ejusdem Pontificis c. 52. & demum consiti. 4. Callisti III. sect. 2. n. 90. Pignatelli. consult. canon. tom. 7. consult. 8. 89. 90. & 102. Rot. cor. Zarati. dec. 10. n. 20. & plur. seq. in Maricem, seu Nullius Jurisdic. super bono jure 7. Junii 1700. §. Insuper, & §. Istaque cor. bon. mem. Mur. & in Brichinorien. seu Nullius Foropampiten. Jurisd. 28. Apr. 1725. §. Hanc vero cor. bon. mem. Cerr. Solumque Episcopus ea exercere valet quae speciatim delegata sunt in loca Nullius.
- 65 Patet ex his quod ad acquirendam præscriptionem exemptionem secunda speciei satis est docere de exercitio actuum voluntariae & contentiosae jurisdictionis in clerum & populum alicujus loci, vel privative ad Episcopum, vel cumulativè cum ipso Episcopo.
- 66 Ad acquirendam verò præscriptionem exemptionem tertie speciei minime sufficit probare exercitio fuisse in clerum & populum alicujus oppidi actus jurisdictionis voluntariae, & contentiosae, Abbatii secunda speciei permisso, sed docere omnino oportet de exercitio itidem eorum actuum jurisdictionis voluntariae & contentiosae, qui mox dicto Abbati secunda speciei sunt prohibiti, tum & maxime de exclusione Episcopi non modo ab iis, sed & ab actibus legitime diocesane, & ordinis, ut firmavit Rot. in Burgen. Jurisd. S. Joannis super territorio separato 10. Dec. 1725. §. 2. & 27. Junii 1726. §. 1. & 2. & 9. Jan. 1728. §. 8. cor. bon. mem. Ratt. inter impress. dec. 163. n. 4. & 28. Mart. 1735. §. 5. & 20. Jan. 1736. §. 2. cor. Reverendiss. P. D. Bussio, & 16. Maji 1738. §. 5. cor. clar. mem. Calcagnin.
- 67 Silently omnitendum haud est, dari Abbatem tertie speciei per quamdam fictionem. Hi sunt, quibus non est territorium cum clero, & populo, & non nisi privilegio pontificio, eoque specialissimo, & clarissimo dari possunt. Consule de ipsis Card. de Luc. de Jurisd. di-

cept. 28. n. 7. Card. Petr. in comment. ad consiti. apost. consiti. 6. Alexandr. III. n. 6. & plur. seq. Clem. in sua Concord. Pastoral. part. 1. cap. 6. a. n. 35. ad plur. seq. Rot. in Burgen. Jurisd. S. Joannis super territorio separato 26. Martii 1735. §. 18. & 20. Jan. 1736. §. 3. cor. Reverendiss. P. D. Bussio, & 11. Maji 1738. §. 7. cor. clar. mem. Calcagnin.

De modis, quibus Abbates exemptionem amittere possunt, plene agit Cokier de Jurisd. in exempt. part. 3. per totum. Id unum inculcandum est, quod si Abbas exemptus sit simul immedicatus S. Sedi subjectus, ad amissionem exemptionis minime efficaç est quadragenaria, sed omnino requiritur centenaria, idque ratione præjudicii, quod inde obvenit Ecclesiae Romanae, ut ex text. in cap. Quum dilecta §. 4. de confirmat. util. vel inutil. post antiquos firmat Loter. de Rẽ Benefic. lib. 1. quest. 24. n. 244. & seq. mox laudatur Cokier de Jurisd. in Ex. p. 3. q. 12. a. n. 4. ad plur. seq.

De Abbatibus exemptis latè disserimus in nostra additione ad hoc verbum. Hic vero quoad Abbatem exempto tertie speciei, non inutile est monere esse inter hosce aliquos, de quibus non est iudicandum secundum regulas communiter in subjecta materia receptas. Utque res nota fiat, sciendum est, quod occurrit in ecclesia loca aliqua inhospita, & deserta, eaque dicuntur Nullius non in sensu illo sequioribus seculis usurpato, quod scilicet separata essent ad diocesi sui Episcopi, Prælatuque in iis esset cum jurisdictione quasi episcopali, sed in sensu longè diverso, quod in ea nupte deserta & inhospita nullus finitimus Episcopus jus aliud sibi asserbat.

Ex quo verò loca hæc inhospita & deserta inhabitari incipiebant, secundum disciplinam eorum temporum immediate S. Sedi subijciebantur, etatque in potestate novorum Incolarum pro iis, quæ sunt Ordinis, quemlibet Episcopum accessere; Fagnan. in cap. 3. n. 16. de Paroch. Thomassin. de ver. & nov. eccl. discipl. tom. 1. part. 1. lib. 3. cap. 37. n. 2.

Constructis subinde ecclesiis, seu monasteriis Pontifices (ait Fagnanus ubi supra) Presbyteros, seu Abbatibus deputant, quæ ex illis præssent, & jurisdictionem loco Episcoporum in clerum & populum exercerent; Quum igitur hi Abbates jurisdictionem quasi episcopalem habeant in locis, in quibus suam Episcopi jurisdictionem antea haud exercebant, nil mirum si dis-

De omnibus beneficiis Hispania in regnis fuisse initum concordatum, forte quis haud intelligat, quia circa presentationem Archi-episcopatum, Prælatorum, Abbatarumque Consistorialium nullum dubium oriebatur: (1) nec erga jus Aragonia regni patronatus: siquidem Summus Pontifex D. Clem. VII. ob similes causas foundationis, recuperationisque D. D. Carolo I. Hispaniarum, & V. Imperatori, atque ejus Successoribus concessit (2).

Quarumdam ecclesiarum parochialium, vulgo de las Montañas, monasteria, aliove stylo Ante-Iglesias, ò Feligrestas nominatarum, in eo nulla fit mentio: earum quippe provisio jam jam Catholicorum Regum tempore, immemorabilibus consuetudine ad Hispanos Reges pertinebat, cujus causa lites fuerunt in Curia Romana decisæ (3).

Copos illarum partium ad requisitionem Ferdinandi Regis seu Joannæ Reginae, aut pro Regis tempore existentis, hujusmodi præfatam personam presentatam ea vice instituire liberè, & licite valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, non obstantibus præmissis, & aliis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentari præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octavo, quinto Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno quinto. P. de Comitibus. Registrata apud me Sigismundum.

(1) L. 1. tit. 6. lib. 1. Por derecho, y antigua costumbre, y justos títulos, y concesiones apostólicas somos Patron de todas las Iglesias Catedrales de estos Reynos, y nos pertenece la presentatione de los Arzo-

(2) Vid. verb. Alternativa, Beneficium, Canonatus, & Concursus in add. hisp.

bispados, y Obispados, y Prelaciaç, y Abadias consistoriales de estos Reynos, aunque vagen en Corte de Roma. Vid. Leg. 11. sub procedin. 20. de offic. benefici. lib. 1. (2) Bull. D. Clem. VII. ann. 1526. ibi: Ratione illarum foundationis, ac recuperationis earumdem de manibus infidelium...

(3) L. 3. tit. 6. lib. 1. Sobre muchas alteraciones que en tiempo de algunos Reyes nuestros antecesores fueron avidas, fue determinado, que algunas de las Iglesias Parroquiales de las Montañas, que se llaman Monesterios, ò Ante-Iglesias, ò Feligrestas, eran nuestras; y otras de otros Legos, nuestros Naturales, y la provision de ellas pertenecia a los Reyes que a la sazón reynaban: y en aquesta costumbre de las proveer estuvieron nuestros antecesores antes, y despues acá; y esta costumbre ha sido tolerada por los Santos Padres de tiempo inmemorial acá, y aun por virtud de ellas dadas algunas sentencias en la Corte de Roma:...

Vid. verb. Alternativa, Beneficium, Canonatus, & Concursus in add. hisp.

finguntur ab aliis Abbatibus, cessentque adversus eos Regule illæ, quibus in dubio pro Episcopis contra Abbates exemptos tertie speciei sit iudicandum. Vide Bli-son. de Jur. Episcop. in Regular. exempt. cap. 3.

ABBATISSA.

SUMMARIUM.

- 1 Quænam Monialis eligi possit in Abbatissam, seu Priorissam, ad num. 16.
- 17 Electio Abbatissæ qualiter fieri debeat, ad num. 21.
- 22 In electione Abbatissæ quis habeat vocem activam, ad num. 25.
- 26 Ut valida sit electio, quot vota requirantur, ad n. 29.
- 30 In casu, quo Moniales non essent concordes in eligenda Abbatissa, quid agendum.
- 31 In electione Abbatissarum Prælati Regularibus subiectionem, quid agendum, ad num. 40.
- 41 Moniales non possunt electionem Abbatissæ compromittere.
- 42 Nec cadere votum suum Superiori presidenti electioni.
- 43 Electio ut sit valida quamvis requirantur, ad num. 52.
- 53 Abbatissæ non possunt durare in officio ultra triennium, ad num. 57.
- 58 Abbatissæ non propter juramentum fidelitatis præstatum causa Feudi possit licite exire, ad num. 59.
- 60 Abbatissæ facultates dispensandi, conferendi beneficii, suspendendi, benedicens, &c. ad num. 69.
- 70 Abbatissarum nomine donantur quadam Priorissæ.
- 71 Subnectuntur Additiones ex aliena manu, ad n. 83.
- 1 Nulla monialis potest eligi in Abbatissam, seu Priorissam, quæ non habeat annos quadraginta ætatis, & annos octo saltem professionis regularis, ex Conc. Trid. sess. 25. cap. 7. de Regul. & Monial. Et annus quadragessimus debet esse completus, ex Sac. Congreg. Conc. in una Neap. die 24. Sept. 1678. Si verò non reperiat in monasterio Monialis quadragenaria, possit eligi, quæ annos triginta excesserit, & quinque saltem annis post professionem recte vixerit, ex eodem Concil. ibid.
- 4 Et quoad hanc ætatem neque Episcopus, neque Nuntius, vel alius Superior potest dispensare: nemo enim Summo Pontifici inferior potest dispensare in lege conciliarum. Et si aliqua eligatur non habens talem ætatem à Concilio requisitam, electio ipso jure esset nulla, ut declaravit Sac. Congr. in una Viterbiensi 16. Maji 1623.
- 6 Et dato quòd in monasterio reperiretur una sola habens ætatem requisitam à Concilio, ipsa deberet eligi, nisi esset penitus inhabilis ex alio capite. Non enim potest eligi alia, quæ deficiat à dicta ætate, aut tempore etiam per solum mensem, licet sit habilior illa, quæ habet requisitam ætatem, & tempus; ex Sac. Cong. in una Viterbiensi, S. Rosæ 25. Mart. 1623.
- 8 Non potest in Abbatissam eligi illegitima, ejus enim electio facta sine apostolica dispensatione est nulla: ex Sac. Cong. Conc. in una Nullius 27. Apr. 1630. Neque corrupta, ex Sac. Cong. 25. Martii 1616. Neque quæ fuit publice penitentia, licet ex gratia pœnæ remissionem obtinisset, nisi penitentia fuisset tantum salutaria; ex Sac. Cong. in una Vicen. 1603. 3. Oct. & in una Januensi 1636. 14. Mart. Neque vidua sine dispensatione apostolica; ex Sac. Cong. Episc. & Reg. in una Cassanen. 29. Jan. 1585. & in alia sub die 15. Julii 1616. Neque caeca, ex cap. Hinc etiam, §. 5. Cæc. dist. 49. Neque surda; ex cap. Const. de verb. significat. in 6.
- 14 Neque tertia soror viventibus aliis duabus sororibus, quia absque dispensatione ipsis adhuc viventibus caret voce activa, & passiva; ex Sac. Cong. 26. Aug. 1616.
- 15 Non prohibetur tamen à jure communi, quin soror possit succedere immediatè sorori in officio Abbatissatus; ex Ferrariæ. Bibliot. Tom. I.

Sac. Congr. Episcop. & Reg. in una Ulixipon. 19. Apr. 1619. & in una Messanen. 17. Jan. 1642. Si verò alicubi per statutum contrarium prohiberetur, esset tale statutum observandum, nec ibi soror posset immediatè ad sororem eligi in Abbatissam, seu Priorissam; ex Sac. Cong. in una Med. 21. Jun. 1600. & 11. Apr. 1645. in una Portueni 25. Nov. 1640. & in una Messanenens. 26. Apr. 1652.

Electio Abbatissæ debet fieri per vota secreta; ex 18 Conc. Trid. sess. 25. cap. 6. de Regul. & Monial. Et pròinde electio est nulla, si vota non sint secreta, ex eodem Conc. ibid. & ex Sac. Cong. in una Melphitens. electionis Abbatissæ 3. Augusti 1696. Immo etiãsi ex ignorantia vota non exhibeantur secreta, adhuc electio est nulla, ex Sac. Congr. Concilii, quæ ut refert Spirell. dec. 161. num. 34. decrevit sic: Electio Abbatissæ facta per vota non secreta per ignorantiam hujus decreti (nempe cap. 6. sess. 25. de Regul. & Monial.) non valet, nec Episcopus potest dispensare, ut valet; Sanctissimus tamen dispensat consideratis circumstantiis. Per hoc tamen quod Præses electionis accipiat vota oretenus exhibita præsentibus duobus, vel tribus probatis viris, qui vota audiant, & notent, non tollit secretum, & talis electio est canonica ex decreto Sac. Congr. Concil. relato à García de Beneficis p. 5. cap. 4. num. 190. Per disjunctivam enim audit, vel accipiat, quæ utitur Concilium loc. cit. datur libertas, ut electio Abbatissæ fiat per schedulas, ut videtur signari per ly verbum accipiat: vel oretenus, ut videtur signari per ly verbum audit, & sic declaravit Sac. Congr. ut referunt plures Doctores cum Donato præ. rer. Regul. tom. 4. tract. 6.

In electione Abbatissæ de jure communi habent vocem activam omnes moniales chorales professæ ejusdem monasterii; cap. Indemnitatebus de election. in 6. In aliquibus tamen religionibus, & monasteriis de jure specialium suarum constitutionum vocem non habetur nisi post aliquot annos professionis: unde semper attendenda sunt statuta, constitutiones, & consuetudines monasteriorum, quas servare jubet Concil. Trid. sess. 25. cap. 7. de Regul. & Monial.

Et si reperiretur aliqua monialis infirma, quæ nollet renunciare juri suo, posset Præses mittere ad ipsam duas prudentes moniales, quæ ab ipsa diligenter votum exquirerent, & postea ipsi Præsidi referrent, aut posset ipsa mittere scriptum, & sigillo munitum suum votum. Non enim infirmæ debent contemni, cum jus habeant ad electionem, non minus quam ceteræ. Vide verb. Electio art. 4. num. 37. ubi citantur Doctores, & adducitur ratio.

Si verò in aliquibus monasteriis viget consuetudo, quòd etiam Conversæ in tali electione votarent, essent manutenendæ in sua possessione votandi, ut decrevit Sac. Congr. Episcop. & Reg. in Barchinens. 18. April. 1698. & in Illerdens. 4. Dec. 1669. Si electio Abbatissæ fiat per schedulas, & in aperitione scrutiniis reperiantur plures schedule, quàm sint vocales, adhuc electio erit valida, si, demptis superfluis, remanent major pars: Sac. Congr. Episc. & Reg. 17. Nov. 1628. & Sac. Congr. Conc. in Aquinatens. 23. Aug. 1692. Unde valida, & canonica est electio, quoties major pars Capituli monialium concurrit in unam, & statuit Nicolaus V. 9. Mart. 1447. constit. incip. Digna reddimur, & Sac. Congr. Episc. in Balneariensi. 17. Sept. & 24. Nov. 1690. Exceptis tamen electionibus Abbatissarum ordinis Cassinensium, pro quibus, ut canonica dicitur electio, duæ ex tribus partibus vocalium debent concurrere, ut decrevit Sac. Congr. Episc. & Reg. in Dec. 1676. & 20. Junii 1698.

Nec Episcopus, nec alius Superior potest ferre suffragium in electione Abbatissæ, quamvis vota monialium essent paria, & moniales in electione non concordarent: Sac. Congr. Episc. & Reg. 5. Martii 1619. & Sac. Cong. Conc. 27. Maji 1621. Sed in casu quo moniales non essent concordæ in eligenda Abbatissa, quia monasterium non debet manere sine capite, Episcopus, sive alius Superior deberet præfigere illis certum

tempus, in quo concordarent; quod si eo elapso non convenissent in eligendo; tunc Superior deberet ipse nominare eam, quam iudicaret magis idoneam, & deputare in Abbatisam, ut decrevit Sac. Cong. in una *Cromoniensi*, 22. Oct. 1592. & in una *Assisina*, 20. Novemb. 1595. & in una *Melpitica*, 3. Augusti 1696.

**31** Prælati Regulares tenentur significare Ordinario diem electionis Abbatisarum sibi subjectarum, ut per se, vel per alium possit intervenire si velit, & ipsum expectare, si expressè declaraverit velle per se vel per alium intervenire; alioquin si ante tempus significatum ad electionem procederet, possunt ab ipso puniri ex constituto. *Greg. VI. incip. Inscrutabilis*, & Sac. Congr. *Conc. in responsione ad d. uia eidem super tali constitutione proposita*.

**32** Si autem vocatus, & admonitus de tempore electionis, noluerit intervenire, neque per se, neque per alium, tunc Superior Regularis posset procedere ad electionem, quæ esset canonica, & valida ex declaratione Sac. Concilii die 4. *Maji 1675*, alias ut per d. e. defendit Pignatelli, l. 8. *consul. 120*. electio denderet omnino ab ejus voluntate.

**33** Episcopus, seu Vicarius non potest secum ducere ad interessendum etiam Notarium, ex d. *declaratione Sac. Congr. Cohæ. 4. Maji 1675*. Neque exquirere, seu recipere vota monialium, sed illa debent exquiri, & accipi à Superiori Regulari, sciente tamen, & audiente eodem Episcopo, ut expressè declaravit Sac. Congr. *Concil. 10. Febr. 1650*. Neque potest moniales ante actum electionis personaliter audire, & interrogare in materia ad electionem spectante, ut Sac. Congr. *rescripsit Episc. Anconitano 4. Oct. 1678*. Neque potest per se, vel per alium adnotare vota monialium, ex Sac. Congr. *Episc. & Regul. 10. Junii 1671*.

**34** Neque jus habet confirmandi Abbatisas electas ex Sac. Congr. *Concil. apud Fagnan. de privili. cap. Cum Capella ad dubium*, s. eidem occasione Bullæ propositum, ad quod expressè respondit, *Jus confirmandi Abbatisas minime fuisse Episcopis per constitutionem attributum, sed publicis, & confirmanda sunt à Prælati Regulari, ut pote Superiori immediati eorum*. Neque potest intervenire per se, vel per alium confirmationibus annualibus ipsarum Abbatisarum, quæ penes quasdam Regulares quotannis fiunt ex Sac. Congr. *Episc. & Regul. 15. Martii 1671*.

**39** Electio Abbatisæ debet publicari statim ac est secuta, significando quot suffragia habuerit ipsa, & quot aliæ moniales, *cap. Quapropter 42. de election. ibi: non publicentur*. Suarez de *Rel. l. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 22*. Pellizari de *monial. cap. 10. num. 18*. & alii passim. Et si facta publicatione Abbatisæ moniales statim opponant se elegerint non illam, quæ fuit publicata, sed aliam, Lavorius ex *variis lucubracionibus tit. 4. cap. 24. num. 56*. & ex ipso Tamburin. de *Jure Abbatisarum disp. 28. q. 10. num. 3*. Pellizari de *monial. cap. 10. num. 109*. & alii dicunt, Sac. Congr. in una *Licenti* declarasse in tali casu, moniales omnes iterum audiri debere per personam non suspectam, ut sic de veritate constet, & electio censetur canonica.

**41** Nec moniales possunt electionem Abbatisæ in Episcopum, vel alium Superiorem, vel Prælatum compromittere. Sic expressè tenet Donatus l. 4. *prax. Res. Reg. tract. 6. q. 15. n. 4*. ubi dicit sic tenere communiter novissimos Doctores. Vide *verb. Elect. art. 4. n. 29*. ubi ex plurimis classicis Doctoribus, & pluribus Sac. Congr. declarationibus concludunt electionem quorumcumque Superiorum Regularium non posse fieri per viam compromissi, sed inspirationis, sed solum per vota secreta, ut statuit Concilium Trident. sess. 25. c. 6. de *Reg. Nec potest monialis concurrere cum alia ad Abbatisatum cedere votum suum Superiori presidenti electioni, ut illud cimetipri redonet ad superandum emulatio in votis, quia cum ex dictis supra num. 29. nec Episcopus, nec alius Superior possit ferre suffragium in electione Abbatisæ, nec possit ab alio delegari ad se ipsam eligendum, sicut nec ad se ipsam in beneficio instituendum, ex *cap. Cum ad nostram 7. de institutionibus*, ibi: *Cusodiam ipsam recipere non potuit à se ipso,**

tion inter dantem, & accipientem debeat esse distinctio personalis; sed nec ab alio, cum jus conferendi aliis non haberet; hoc esset revera seipsam eligere, quod nullatenus potest ex dictis art. 1. de *electione*. n. 28. & art. 2. n. 6. *juribus*, & *Doctoribus illi adductis*: Ut enim dicit gloss. in c. *Cumana* 50. de *election. in fine casus*: *Vox electi non auget numerum, quod repeti infra verb. Ad majorem partem*, ibi: *Persona electi non auget numerum eligentium*.

Electio enim ut sit valida requirit, ut in ipsam concurrat saltem major pars Capituli, ita ut si sint 40. vocales, requiritur ut electa habeat ad minus vota 21. *cap. Cumana 50. de elect. & cap. Sicut 23. eod. in 6.* quod non verificaretur, si inter ipsa vota 21. computaretur etiam votum, seu vox electa. Sufficit autem quantumvis excessus ultra medietatem, quamvis esset solum unus mediis voti, ut si essent 39. vocales, 20. vota sufficerent. Cum enim jura nullibi dicant excessum ultra medietatem debere esse unius integri voti, sed solum indistincti dicant, quod ad hoc ut sit valida, debet esse facta à majori parte Capituli, debet sufficere qualicumque excessus, quia ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus; *cap. Circa 22. de privileg. & l. de pretio 8. ff. de publiciana in rem actio. & expressè tenent Abbas in cit. cap. Cumana n. 9. Card. de Luca de *Parochis dicit*. l. n. 18. *Reiffenstuel lib. 1. decretal. tit. 6. n. 159*. Sannig. *ibid. cap. 4. n. 9*. Passerini. de *elect. l. 19. n. 18*. cum aliis, & docet praxis.*

Electio autem ut sit valida nedum debet esse facta à majori parte Capituli, sed etiam à saniori, ita ut debeat esse facta copulativè, & à majori, & à saniori parte Capituli. *Communis textu expresso in cit. cap. Quia propter 42. de elect. ibi: In quem omnes, vel major, & sanior pars Capituli consentit*. In omnibus Universitatibus, Communitatibus, & Collegiis non valet nisi quod gestum est simul & à majori, & saniori parte Capituli, ut *cap. 1. de his que sunt à majori parte Capituli*, cum similibus.

Unde ad validitatem electionis non sufficit quod Abbatisa (idem die de aliis) sit electa à majori parte Capituli, nisi ea major pars sit etiam sanior, ut clare habetur in *cap. Ecclesiæ vestra 57. de elect. & notat ibi Glossa*, & communis Doctorum. Sic etiam ad validitatem electionis, non sufficit quod Abbatisa (idem die de aliis) sit electa à saniori parte Capituli, nisi ea sanior pars sit etiam major, ut clare habetur in *cap. Cumana 50. de elect.* & notat ibi communis Doctorum teste *Reiffenstuel l. 1. c. 4. num. 146. Vide verb. Electio art. 4. n. 44*. Dummodo tamen major pars non elegerit scienter indignam (vel indignum) quæ in tali casu major pars, pro illa vice, privata existeret jure eligendi, & sic valida esset, & remaneret electio de digna (vel de digno) facta à saniori, licet minori parte, etiam ex eodem scrutinio, textu expresso in *cap. Cong. 53. de elect.* in cuius summario sic præcisè habetur: *Si major pars Capituli scienter elegerit indignum, valet electio de digno, à minori parte, etiam ex eodem scrutinio facta*. Persona autem indigna est illa, quam sacri canones, constitutiones pontificiæ, & statuta Ordinis inhabilem declarant, ut notant Sancti in *compendio verb. Electio num. 15. Vide verb. Electio art. 4. n. 40. & seq.*

Electio facta à minori parte Capituli, non solum invalida est, sed insuper per subsequentem consensum aliarum (sen aliorum) ratificari non potest, ut expressè habetur in *cap. Audistis 29. de elect. ibi: Cum tamen ex post factio nequiverit convalescere, quod ab initio non valebat, quoniam electio, que fuerat irrita ipso jure, per subsequentem consensum, non poterat esse rata*, & in ejus summario sic præcisè dicitur: *Electio per minorem partem Capituli facta non tenet, nec per subsequentem consensum ratificari potest*. Tum quia electio debet celebrari omnibus vocalibus in unum collegialiter, seu capitulariter congregatis, & non singulariter tantum ex dictis sub *verb. Electio art. 4. num. 14*, adductis ibi *juribus*, & *Doctoribus*.

**41** In dubio an major, vel minor pars sit sanior, præsumitur sanior major pars numero, ut habetur expressè in *cit. cap. Eccles. vestra 57. de elect. ibi: Cum ubi ma-*

for numerus est, zelus melior præsumitur, cum similibus, & tenet communis Doctorum cum Fagnano in *cap. Cum in cunctis n. 4. de his, que sunt à majori parte Capituli*. Et in specie valere electionem Abbatisæ à majori parte factam traditur in *cap. Indemnitate 43. §. Si verò de elect. in 6. & resolvit Reiffenstuel lib. 1. *decr. tit. 6. n. 150*. Hinc præsumptio stat in favorem habuisse plura vota, que eo ipso, quod sint plura, etiam saniora esse, atque respectum ad digniores habuisse, censenda sunt, nisi aperte constet de opposito, ut si habens plura vota juxta sacros canones, consti. pontificias, aut statuta Ordinis esset inhabilis, v. g. quia constaret, quod per consequendo Abbatisatum (idem die de aliis dignitatibus) disset aliquod temporale munus, vel à manu, vel à lingua, vel ab obsequio, vel constaret electrices, sic pacto convenisset; si tu eliges me in Abbatisam, ego te eligam in Vicariam; si tu dederis mihi, vel mee amice tuum votum, ego dabo tibi meum, vel amice tuæ; si tu in hac electione suffragata fueris pro meis dependentibus, ego in alia suffragium feram pro tuis, & hujusmodi. Vid. ad rem *verb. Electio art. 4. per tot. & signator n. 36. 59. & 64.**

**52** Quamvis autem pars Capituli debeat dici sanior, variant DD. Multi enim cum glossa *cap. In Genesi 55. vers. ad zelum de elect.* dicunt, quod illa censetur sanior, quæ est justior, & majori ratione niitur, & auctoritate; Alii autem dicunt, quod illa est pars sanior, quæ constat personis dignitate, etate, ac tempore officii, necnon & prudentia, pietateque magis conspicuis; nam præcædentes in predictis habent voces ponderosas, ut loquitur Abbas in *cap. Ecclesiæ vestra 57. de electione n. 15. (l. 9. tit. 7. p. 6)*. Præsumitur tamen sanior major pars numero, juxta dicta *num. antec.*

**53** Abbatisæ non possunt durare in officio Abbatisarum ultra triennium, & eo elapso debent vacare per integrum triennium à die finiti regiminis, & administrationis inchoandum. *Greg. XIII. 1. Jan. 1583. const. incip. Exposcit abhinc*. Unde si intra triennium moriatur Abbatisa, aut alio modo vacet officium, non poterit eligi in Abbatisam, quæ immediate præcessit in officio, quia non vacavit per triennium. Neque eligi poterit in Vicariam, quæ gubernet monasterium in capite per aliquod considerable tempus; immò neque in Vicariam novæ Abbatisæ, nam Pontifex in ciat. Bulla præcipit, ut elapso triennio careant omni prorsus auctoritate, ac à regimine, & administratione monasterii per triennium abstinant; quæ verba prohibent eam eligi ante elapsum triennium, etiam in Vicariam, cum Vicarià non careat omni prorsus auctoritate, regimine, & administratione monasterii; ipsa enim debet vice Abbatisæ supplere, cum Abbatisa est infirma, vel quando non est præsens in actibus Communitatis, cum ad hoc eligatur. Præsumitur tamen videtur esse contraria.

**56** Nec Abbatisa confirmata post secundo triennio ex dispensatione Sac. Congr. potest iterum eligi à monialibus ad tertium triennium sine nova dispensatione, quia gratia, & privilegium concedit quidem illi, quod de jure non potest haberi, sed non alterat naturam rei concessæ; & idè cum officium Abbatisarum de jure requirit, quod expleto triennio juxta per aliud integrum triennium juxta citat. *Constit. Gregor. dum conceditur pro tempore; in quo non posset conferri, censetur concessum absque alteratione sue naturæ, & idè cum fuerit expletum, requirit, quod subsequenti trienniali vacato; sic decrevit Sac. Congr. deputata ab Innocentio XII. pro casibus Congr. Consensuum 26. Febr. 1694. in responsione ad quæritum dubium*. Immò expleto triennio officium Abbatisæ non potest ab Episcopo prorogari, nec eam sub nomine Vicariæ, vel alterius tituli præficere gubernio usque ad novam electionem, quia elapso triennio debet esse citis consti. *Greg. XIII. statim carere omni prorsus auctoritate, regimine, & administratione monasterii per aliud triennium à die finitæ administrationis inchoandum, & sic declaravit Sac. Congr. Episc. & Regul. in Andriæ. 20. Febr. 1615. & in Mazzariens. 18. Martii 1700.*

**58** Abbatisa propter juramentum fidelitatis prestandum

domino seculari causa feudi sui monasterii potest licè extire, si tale juramentum per Procuratorem præstrare nequeat; & tunc potest secum ducere honestam societatem, dummodo accedat licentia Superioris, & statim præstio juramento revertatur; ut colligitur ex *cap. 1. §. Verum de stat. Reg. in 6. & tenent Tambur. de *Jure Abbatis disp. 20. q. 1. n. 5*. Sanchez, & multi cum Barbosa de *Jure clericarum l. 1. cap. 44. num. 79*. Secus tamen post Bullam S. Pii V. incipien. *Decorari*. Immo neque posse moniales de monasterio ad monasterium transferri, etiam ratione Prioratus, aut alterius officii, sine licentia Sedis Apostolicæ, ex Decreto Pauli V. notat Castellinus *tract. de elect. cap. 17. num. 5*.*

Abbatisa quamvis non habeat facultatem commutandi, ac dispensandi in votis suarum monialium, cum hoc pertineat ad spirituale jurisdictionem, cujus ipsa est incapax, tamen facultatem habet irritandi vota ipsarum, cum hoc spectet ad potestatem dominativam, quæ competit Abbatisæ in moniales subiectas, magis quàm competat parentibus in filios. Monialium enim voluntas ratione voti obedientiæ translata est in voluntatem Abbatisæ, unde si de communi possunt parentes ratione potestatis dominativæ vota filiorum irritare, à fortiori poterit Abbatisa irritare vota suarum monialium subditarum. *Sic DD. communis*. ¶ In sententia eorum, qui negant Abbatisis hanc potestatem ob defectum jurisdictionis spiritualis (Sanchez in *Sum. lib. 6. cap. 1. n. 21*. Vasquez p. 2. q. 96. disti. 154. c. 6. n. 59. Tamburin. de *Jure Abbatis. disp. 12. q. 5*. alique plurimi) pertinet ad Prælatum ac jurisdictione gaudentem imponere ea præcepta. Sanchez *loc. cit. n. 25*. Tambur. *loc. cit. q. 6. ¶* Abbatisa potest præcipere monialibus in virtute Sanctæ Obedientiæ, & in conscientia obligare, non potestate jurisdictionis, quam non obinet, sed potestate dominativa spirituali, quam ex vi voti ei tradunt Moniales, quæ ideo eidem obedire tenentur, cum votum obedientiæ obliget moniales tamquam subditas ad obediendum Abbatisæ tamquam legitime Superioris; *Sic DD. magis communis*.

Abbatisa potest insinuerere beneficia, & capellanias conferre, ut deducitur ex *cap. Dilecta de Majorit. & obedientiæ & Rota pars 20. dec. 44. n. 13. lib. 26. tit. 6. p. 1*. quia hoc præstat Abbatisa quoad titulum, & possessionem tantum, non autem quoad potestatem, quàm habet beneficiarius quoad jurisdictionem fori externi; nam hoc accipit ab Episcopo, seu Prælate, qui admittit, & auctorizat collationem, & institutionem, & tota Abbatisæ institutio, & collatio in nominatione consistit; juxta *cap. 1. de Monach.*

Et sic Abbatisa est capax conferendi parochialem, & parochum nominandi, & insinuerendi, quem Ordinarius ad regimen animarum idoneum approbaverit, ut declaravit Sac. Congr. Concilii in una *Mediolanensi 17. Dec. 1701*.

Potest etiam Abbatisa cum legitima causa privare Clericos sibi subiectos beneficiis jam illis collatis, aufere scilicet quod illis dedit, nempe titulum, & possessionem; nam posita hac ablatione censetur Pontifex auferrè jus spiritualis, quia sicuti beneficium conferuntur dependenter à designatione Abbatisæ, & collatione tituli, & possessionis, ita etiam censetur conservari jurisdictione à Summo Pontifice dependenter ab eisdem, quibus sublati etiam reliqua alia tolluntur. *Rota p. 9. rom. 2. dec. 429. n. 16. & 20*. Non potest tamen Abbatisa ipsos Clericos suspendere, prout suspensio est censura ecclesiastica, sicuti neque interdicerè, aut excommunicare, quia caret spirituali jurisdictione, ut colligitur ex *cap. Dilecta de majorit. & obedientiæ & Rota dicta p. 9. rom. 2. dec. 429. n. 17. & 18.*

Abbatisa non potest cum suis monialibus propriè dispensare in observantiis regularibus, & ecclesiasticis, quia hoc propriè spectat ad jurisdictionem spiritualem, cujus scema est incapax. *Communis*. Et si aliquando videatur in ipsis dispensare, solum facti ministerialiter ex commissione sui Prælati, vel solùm declarando, quod hic, & nunc jejunium v. g. præceptum recitandi officium, seu aliquid aliud præceptum cesset obligare; & sic

sic intelligenda sunt privilegia, que videntur concedere
68 Abbatissae facultatem dispensandi. Commun. Neque po-

Abbatissa Monasterii Cisterciensis de las Huelgas
in Hispania prope urbem Burgos, que contra, vel supra

Hinc omnia, que potest prestare Abbas jurisdictione
quasi episcopali gaudens in suo territorio nullius dioc-

Præterea designat suis monasteriis Confessarios
probatos à Viris doctis, quos ad id destinat.

Ceterum ea Abbatissa potestatem ad defectum
jurisdictionis spiritualis, cum hic defectus in illa non detur.

Aliguae esse Abbatissas in Italia jurisdictione
spirituali gaudentes refert Imola in Clem. Frequens, &

Abbatissarum nomine donatur Priorissæ
monialium Ordinis Prædicatorum. Sic ex Bullario Inclyti

Abbatissa concurrebat debet. Leo I. in c. Nemo 78.

Varia fuit disciplina ecclesie circa ætatem, que
in Abbatissa concurrere debet. Leo I. in c. Nemo 78.

Electiohem Abbatissæ, que utraque, vel alterutra
mox dicta qualitate careat, irritam, & quidem ipso iure

Quod si inter moniales monasterii nulla sit hisce
qualitatibus prædita, & Superior electioni præsidens

monasterio, eligi tunc poterit aliqua monialis ejusdem
monasterii, que annum trigesimum excesserit, & quin-

Si dux moniales ad Abbatissatum concurrant, quarum
altera sit ætatis quadraginta annorum, sed nec octo,

Plura specialia in electione Abbatissæ sancta sunt ab
Innocentio IV. in c. Indemnitatibus de elect. in 6. de

Quod ait Auctor. n. 53. & seq. de triennio à
Gregor. XIII. præfinito Abbatissatui, id intelligendum est

De potestate ordinaria Abbatissæ consule Pellizzar.
de monial. cap. 10. sect. 2. sub sect. 2. per tot. Num

Si Abbatissa citra qualitatem exemptionis secundæ
vel tertiæ speciei jus habeat conferendi beneficia, mini-

Abbatissa citra qualitatem exemptionis secundæ
vel tertiæ speciei jus habeat conferendi beneficia, mini-

Abbatissa citra qualitatem exemptionis secundæ
vel tertiæ speciei jus habeat conferendi beneficia, mini-

ABBREVIATOIRES.

SUMMARY.

- Abbreviatores unde dicti.
Abbreviatores nihil ultra taxam recipere possunt, & si excesserint, subjacent variis penis.
Abbreviatores admittuntur per gradus à minori ad majorem parcam, eorum officia sunt compatibilia cum aliis curiæ officijs, & sunt resignabilia.
Abbreviatores de parco majori gaudent privilegijs referendariorum utriusque signaturæ, & isque conceditur portio panis, & vini in Palatio Apostolico.
Eorum beneficia vacant in curia, licet decedant extra Urbem.
Abbreviatores sunt Papæ familiares, & comensales, nobiles, Comes Palatini, possunt creare Doctores cum privilegijs Universitatis, & etiam creare Notarios.
Possunt declarare nobiles tres personas.
Possunt creare milites auratos.
Alia ad rem remissivè.

Abbreviatores de Parco Majori.

- Abbreviatores (sic appellati, quia ipsi brevi compendio concipiunt impetrata à Summo Pontifice in supplicationibus, & postea latius in literis extendunt) nihil ultra taxam recipere possunt; et si excesserint, subjacent variis penis: Martini V. constit. 3. incip. In Apostolica. Abbreviatores admittuntur per gradus à minori ad majorem parcam; eorum officia sunt compatibilia cum aliis curiæ officijs, sunt resignabilia, aliqua conferit Vicecancellarius, reliqua Summo Pontifice: Sixtus IV. constit. 16. incip. Divina. Abbreviatores de parco majori gaudent privilegio referendariorum utriusque signaturæ, & isque conceditur portio panis, & vini in Palatio Apostolico: Paulus V. constit. 2. incip. Romanis Pontifici. Eorum beneficia vacant in Curia, licet decedant extra Urbem: Extrav. commun. cap. Ex debito 141.
Abbreviatores sunt Papæ familiares, & comensales, nobiles, Comes Palatini, possunt creare Doctores cum privilegijs Universitatis, & etiam creare Notarios.
Possunt declarare nobiles tres personas. Et creare milites auratos; & multa alia privilegia eis concessit Leo X. constit. incip. Summi Vid. verb. Insignia n. 32.

Alius præter unam Officiale Nuntiaturæ Apostolicæ Abbreviator nuncupatum, in Hispania non cognoscitur; & quamquam olim ex quacumque natione eligi solebat, nostris temporibus ex Hispania tantum, gratus, & Regeque Catholicus acceptus esse debet (1). Cum longè à competentibus Romanæ Curie Abbreviatoribus ejus distent facultates, ad abusus tollendos, occasione, suspicionemque mali præcavendam, fuit merito conventum, ad sui muneris ingressum juramentum præstare, coram R. Nuntio illud quodannis renouando (2); omnia extraordinaria absolutiois monumenta sub late sententiæ excommunicationis precæ consulere debere (3); pro quolibet gratiæ, justitiæ negotio, quocumque colore, seu prætextu, nihil, etiam esculenti, percipere valere (4); se abstinendo à quacumque alteratione, re seu negotiò absoluto (5); præterque alia, assistentia in Abbreviataria, quotididè commendata, omni tempore, pari horarum spatio (6).

Abbreviatoribus de parco majori conceditur usus Redimiculi galeri, vulgo Cordone coloris violacei, etiam dimisso officio, Benedictus XIV. tom. 1. constit. 3. incip. Maximo.

De Abbreviatorum institutione, numero, & officio late disserunt Cobell. in not. Card. cap. 22. Ciampinus de Abbreviat. de parco major. c. 11. & sequ. Van Espen in jus eccl. univ. par. 1. tit. 23. cap. 1. n. 9. & sequ. aliique, quos recenset Rigant. in Comment. ad Regul. 1. Cancell. §. 4. num. 149. Alii sunt de majori, alii de minori parco, ita appellati à loco Cancellariæ, in quem conveniunt, qui vulgò Parcus nuncupatur. Prælati de majore parco quoddam quasi tribunal constitunt, & decidunt dubia, quæ oriri contingit super literarum formalis, vel clausulis, & decretis in eis adficiendis; ac etiam super emolumentorum solutionibus, aliisque emergentibus, Card. de Luca in relat. Cur. Roman. discurs. 44. n. 5; Van Espen in jus eccl. univ. vers. par. 1. tit. 23. c. 1. n. 12. Prælati de minori parco id tantum curant, ut Bullæ ferantur, & tradantur Prælati de majore parco. Minuta confecta per Prælatum seu Abbreviatorem de parco majore, ad quem spectat de turno, mittitur postea ad alium Abbreviatorem, ut videatur, & revisa traditur scriptori Bullarum.

In collegio Abbreviatorum de parco majore septem antiquiores majora percipiunt emolumenta. Antianitatem ad effectum hujusmodi percipiunt participationis competere illi, qui primò inter Abbreviatores admixtus fuit, licet non exercuerit, nequaquam verò illi, qui postea admixtus, prius tamen officium sui munus expleverit, definitur Rota in Romana emolumentorum Abbreviatoratus 26. Novemb. 1691. & 10. Martii 1692. coram Ursino.

Optimè scribit Auctor num. 5. eorum beneficia vacare in Curia, licet decedant extra Urbem; nam Abbreviatorum omnium beneficia sunt reservata reservatione personali, Rigant. in Comment. ad regul. 1. Cancell. §. 4. n. 159. 216. & 245. quæ de re alia concurrente coequali personali reservatione, nec etiam eorum beneficia veniunt sub indulto Cardinalium, Rigant. ad dictam reg. 1. dicto §. 4. num. 207. & sequ. & dicto n. 216. vide ad. bisp. verb. Abbas, Alternativa, Beneficium, Canonicatus, & Concurus.

De præcedentia Abbreviatorum cum alio officio Cancellariæ, qui Corretor dicitur, vid. S. Rota decisioem coram Seraph. dec. 716.

(1) Brev. D. Clem. XIV. 16. Mart. ann. 1771. n. 9. Igualmente ordenamos, y mandamos que el Oficial de la Abadencia Nunciatura, llamado Abreviador, que antes solia escogerse de qualquiera nacion, haya de ser en lo sucesivo Español, y tambien del agrado, y aceptación de dicho Rey Carlos; y de sus Sucesores en los mencionados Reynos, y que sea elegido por Nos, y por los sobredichos sucesores nuestros. Amplius vid. verb. Auditor. (2) Auct. Accord. 6. tit. 8. lib. 1. cap. 1. Ordenase, que el Abreviador esté obligado à prestar juramento: al principio de su officio, y despues en principio de cada año; de hacer su officio bien, y fielmente, en manos del Señor Nuncio: (3) Cap. 3. Que no pueda por ningún despachó que hiciera, así de gracia, como de justicia, llevar dinero, ni otra cosa alguna, aunque sea de comer: (4) Cap. 4. Que no pueda él, ni sus oficiales añadir, ni quitar cosa alguna de qualesquier Breves, ó despachos, así de gracia, como de justicia, despues de firmado: (5) Cap. 5. Que esté obligado à asistir en la Abreviataria seis horas por lo menos cada día, y tres por la mañana, y tres por la tarde, que serán en Imperio por la mañana, desde nueve à doce, y por la tarde desde dos à cinco, y en Verano, por la mañana de ocho à once, y por la tarde de quatro à siete: (6) Cap. 6.



## SIXTUS EPISCOPUS, &amp;c.

**F**ERTILOCITATEM perditissimorum hominum contra divini legis præceptum de non occidendo peccandi aude-  
ciam atque licentiam, sanctissimis legibus, variisque  
constr. sæpius repressam animadvertentes; cõgimur Nos  
quoque in supremo justitiae throno à Domino constituti,  
justissima ratione suadente; vetera jura partim inno-  
vando, partim ampliando, eorum etiam immunitatem  
pari pena proposita coercere, qui immaturos fetus in-  
tra maternam viscera adhuc latentes crudelissimè necare  
non verentur. Quis enim non detestetur tan execrandum  
facinus, per quod nedium corporum, sed quod gravius  
est, etiam animarum certa factura sequitur? quis non  
gravissimis suppliciiis damnet illius impietatem, qui ani-  
mam Dei imaginem insignitam, pro qua redimenda  
Christus Dominus noster pretiosum sanguinem fudit,  
eternæ capacem beatitudinis, & ad consortium Ange-  
lorum destinatam; à beata Dei visione exclusit, repa-  
rationem coelestium sedium quantum in ipso fuit impe-  
ditur, Deo servitium suæ creaturæ ademit? Quis libe-  
rius prius vitam privavit, quam illi à natura propriam  
lucem accipere, aut se materni custodia corporis, ab  
effera seditate regere poterint? Quis non abhorreat li-  
bidinosam impiorum hominum crudelitatem, vel crude-  
lem libidinem, quæ eorumque processit, ut etiam venena  
procuret ad conceptos fetus intra viscera extinguen-  
dos, & fundendos; etiam suam prolem prius interire, quam  
vivere, aut si jam vivebat, occidit antequam nasci ne-  
fario scelere moliendo? Quis denique non damnet gra-  
vissimis suppliciiis illorum scelera, qui venenis, potio-  
nibus, ac maleficiis mulieribus sterilitatem inducunt,  
aut ne concipiant; ne pariant; maleficiis medicamen-  
tis impediunt? Maleficus, inquit Dominus ad Moy-  
sen, non patieris vivere: nimis enim impudenter con-  
tra Dei voluntatem se opponit qui (ut S. Hieronymus  
ait) dum natura recipit semen, receptum confover-  
it, confotum corporat, corporatum in membra distinguit,  
dum inter ventris angustias Dei manus semper opera-  
tur; idemque corporis Creator, & anima est, impiè  
despicit bonitatem Filii, id est Dei, qui hominem  
plasmavit, fecit, & voluit: siquidem, ut S. testatur  
Ambrosius, non mediocre munus est Dei dare liberos  
propagatores generis. Divinum donum est fecunditas  
parentis, eodemque tempore ditto hoc flagitio privan-  
ter liberi parentes, qui generaverant, vita filii qui  
generati sunt, matres conjugii præmissis, terra quæ ab his  
colectetur, mundus, qui cum iisdem cognosceret, eccle-  
sia, quæ devotè numero plebis aucta gauderet. Unde  
non immerito sexta Synodo Constantinopolitana san-  
ctum est, ut personæ, quæ dant abortionem facientia  
medicamenta, & quæ fetus necantia venena accipiunt,  
homicidæ pœnis subiciantur; sed & veteri Concilio  
Serdensis cautum est, ut qui conceptos ex adulterio fetus  
necare studuerint, vel qui in ventribus matrum  
potionibus aliquibus colliserint, si postea poeniten-  
tes ad ecclesiæ mansuetudinem recurrant, omni tem-  
pore vite suæ flebitus & humilitati insistant: Si verò  
Clerici fuerint, officium ministrandi eis recuperare non  
licet, omnesque tam ecclesiasticæ, quam profanæ leges  
gravibus pœnis afficiunt eos, qui in utero matris puer-  
perium interimunt, aut ne mulieres concipiant, sive ut  
conceptus fetus ejiciant, nefariè machinantur.

§. 1. Nos igitur post repressam eorum temeritatem,  
qui matrimonii jura violare, & quantum in ipsis est,  
vinculum indissolubile dissolvere præsumunt, quive  
turpioribus quibusdam incestis se inquinare non eru-  
bescent, hoc quoque malum, quantum viribus nobis à  
Domino traditis contendere possumus, nostris potissi-  
mum temporibus exterminare volentes: Omnes, &  
quoscumque tam viros, quam mulieres cuiuscumque sta-  
tus, gradus, ordinis, etiam Clericos seculares, vel  
cuiuscumque Ordinis, seculares quavis dignitate, &  
præminencia ecclesiastica mundana fulgentes, qui  
de cetero per se, aut interpositas personas abortus,  
seu fetus immaturos tam animati, quam inanimati,  
formati, vel informis ejectionem procuraverint per-

cessionibus, venenis, medicamentis, potionibus, oneri-  
bus, laboribusque mulieri prægnanti impositis, ac  
aliis etiam incognitis, vel maxime exquisitis rationibus,  
ita ut re ipsa abortus inde secutus fuerit, ac etiam  
prægnantes ipsas mulieres, quæ scienter præmissa fece-  
rint, penas tam divinas, quam humano jure, ac tam  
per canonicas sanctiones, & apostolicas constitutiones,  
quam per civilia jura adversus veros homicidas, qui ho-  
mucidium voluntarium actu, & re ipsa perpetraverint,  
propositas & inflicas (quorum omnium tenores his nostris  
literis præ expressis, & ad verbum insertis habemus) eo  
ipso incurrere, hac nostra perpetuo valitura constitu-  
tione statuimus & ordinamus, ipsasque penas, leges, &  
constitutiones ad casus præfatos extendimus.

§. 2. Eos verò, qui Clerici fuerint, omni privilegio  
clericali, officii, dignitatis, & beneficiis ecclesias-  
ticis, quæ sic vacatura nostra, & Sedis Apostolicæ  
dispositioni perpetuo reservamus, ipso facto privamus;  
& in futurum inhabiles ad ea suscipienda decernimus,  
adeo ut illi, qui hoc delictum commiserint, non secus  
atque ii qui sua voluntate homicidium perpetraverint  
juxta Conc. Trident. decreta, etiamsi crimen inde or-  
dine judiciario probatum, nec alia ratione publicum,  
sed occultum fuerit, ad sacros Ordines promoveri, aut  
in susceptis Ordinibus ministrare, nullo modo possint,  
nec illis aliqua ecclesiastica beneficia, etiamsi curam  
non habeant animarum, conferri liceat, sed omni Ordi-  
ne, ac Beneficio, & officio perpetuo careant.

§. 3. Nec non illos, qui Clerici non fuerint, &  
ita perpetraverint, non solum penas incurrere supra  
narratas, sed etiam inhabiles ad Ordines, & alia præ-  
dicta decernimus & declaramus.

§. 4. Volentes quod hi, qui fore ecclesiastico sub-  
jecti, ut præfertur, deliquisse competi fuerint, per Judi-  
cem ecclesiasticum depositi & degradati, curæ, & po-  
testati seculari tradantur, quæ de eis illud capiet sup-  
plicium, quod contra laicos verè homicidas per divinas  
leges, ac civilia jura est dispositum.

§. 5. Præterea eisdem pœnis teneri omnino statuimus  
eos, qui sterilitatis potiones, ac venena mulieribus pro-  
pinaverint, & quominus fetum concipiant, impedimen-  
tum præstiterint, ac ea faciendâ & exequendâ curaverint,  
sive quocumque modo in his consulerint, ac mulieres  
ipsas, quæ eadem pocula sponte ac scienter sumperint.

§. 6. Quocirca mandamus universis, & singulis Judi-  
cibus Ordinariis & Delegatis, tam ecclesiasticis, quam  
secularibus, quibus contra criminum reos etiam quoad  
causas hujusmodi, de jure, vel ratione delicti aut per-  
sonarum legitime competet iurisdictione, ita tamen ut in-  
ter eos præventionis locus sit, ut in his delictis, quæ  
ut plurimum in occulto perpetrantur, contra quoscum-  
que, non solum per accusationem & delationem, ver-  
um etiam per inquisitionem, ac simplicem denuncia-  
tionem procedant, ac ad illa probanda testes aliæ de  
jure inhabiles, eorumdem tamen Judicium arbitrio, ha-  
bita ratione personarum, causarum, & qualitate illarum,  
ac circumstantiarum quarumcumque admittant, &  
in eos, qui culpabiles fuerint, pro ut per Nos sanctum  
est, demum animadvertant.

§. 7. Insuper ut immanissimi hujus delicti gravitati  
non solum temporalibus, verum etiam spiritualibus pœ-  
nis prospiciamus, ac providemus, omnes & singulos  
cuiuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis  
existentes, tam laicos, quam Clericos seculares, & cu-  
juscumque Ordines Regulares, nec non mulieres secu-  
lares, & quęcumque Ordinem Professas, qui, vel  
quæ, vel ut principes, vel ut sociæ consueverunt ad ta-  
le facinus committendum, opem, consilium, favorem,  
potionem, vel alia cuiuscumque generis medicamenta  
scienter dederint, ac etiam scribendo literas privatae,  
vel apochas, vel alias verbis, aut signis juverint, aut  
consueverint, ultra prædictas penas, ipso facto nunc  
proüt ex tunc excommunicamus, & pro excommunicatis  
declaramus.

§. 8. Decernentes ac declarantes, quod per que-  
cumque Jubilæ, & Indulgentias, per Nos, & Succes-  
sores nostros, etiam anno Jubilæi, aut alio quovis tem-  
po-

pore, etiam Cruciatæ Sanctæ, Jubilæi, vel quovis alio  
titulo concessas, & concedendas, nec non per quas-  
cumque literas apostolicas quibusvis Principibus, seu  
ad eorum instantiam per Nos, & Successores nostros  
pariter concessas, & concedendas, ac etiam vigore pri-  
vilegiarum Mare magnum, vel aliis quomodolibet nun-  
cupaturis, quibusvis Congregationibus Regularium,  
aut Episcopis vigore Conc. Trident. vel aliis per Nos,  
& Prædecessores nostros quomodocumque concessorum,  
vel in futurum concedendorum, ne personæ sic ut præ-  
fertur delinquentes, & excommunicatæ, præterquam in  
mortalibus delictis absolvi valeant, nec non illi Clericis,  
qui hujusmodi delicta perpetraverint, etiamsi eorum cri-  
men occultum fuerit, super irregularitate præmissorum  
occasione contracta, nec per locorum Ordinarios, nec  
per alios quavis auctoritate fungentes, quam per Nos,  
& Rom. Pont. nostros Successores, & tunc nonnisi ut-  
gentissimis de causis dispensari possit. Ac tam absolvendi,  
quam dispensandi facultatem hujusmodi etiam quoad  
forum conscientie in casibus superius expressis, No-  
bis, & Successoribus nostris dumtaxat reservamus.

§. 9. Statuentes sic in præmissis universis, & sin-  
gulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delega-  
tos, etiam causarum Palatii Apostolicæ Auditores, ac  
S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum  
cuiilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facul-  
tate, & auctoritate, in quavis causa & instantia judi-  
cari, & definiti debere, irritumque, & inane, quid se-  
cus super his à quocumque quavis auctoritate scienter vel  
ignoranter contigerit antequam.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus, & ordina-  
tionibus apostolicis, aut aliis legibus aliter forsitan cir-  
ca præmissa disponentibus, aut in casibus præfatis dis-  
tinguentibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus autem, &c.

§. 12. Nulli ergo, &c.

*Datum Rome in Monte Quiriniali anno Incarnationis Do-  
minicæ 1588. 4. Kal. Nov. Pont. nostri anno quarto.*

Gregorius tamen XIV. hanc rigidissimam Sixti V.  
constitutionem in aliquibus moderavit, quæ pariter, ut  
in quibus consistat ejus moderatio, omnibus pateat, hic  
per extensum subnectitur.

## GREGORIUS EPISCOPUS.

**S**EDIS Apostolica pia Mater assidue sentiens ponderis  
sibi incumbitis in procuranda salute animarum, pretio-  
si Christi Domini sanguine redemptarum, gravita-  
tem, & magnitudinem, in re tanti momenti, ut par  
est, magis in dies sollicita: eundemque optimum finem  
semper ante oculos propositum habens, nihil unquam  
intentatum prætermittit eorum, quæ ad fideliarum animas  
in viam salutis dirigendas judicari pertinere. Quare ne-  
mini mirum videri debet, si interdum quidem contuma-  
cia fidelium audaciam penarum severitate deterret.  
Rursus eisdem, si ad cor redire velint, & peccati veniam  
humiliter exposcere, maternum aperit sinum, viamque ad  
penitentiam sternit faciliorem, ac mansuetudinē congrua  
figorem temperat, prout in Domino conspicit salubriter  
expedire.

§. 1. Dudum siquidem fel. record. Sixtus Papa V.  
Prædecessor noster, justitiae zelo accessus, contra pro-  
curantes abortum factus tam animatus, quam inanimis,  
ejusque gravissimis sceleris participes, & adjuutores, nec  
non contra eos, qui mulierum fecunditatem impedi-  
rent, & sterilitatis potiones, seu venena præberent,  
constitutionem edidit, sub dato 4. Kalend. Novemb.  
Pontificatus sui anno 4. per quam ultra diversas spiri-  
tuales, & temporales penas, etiam inter alia excommu-  
nicationis sententiam contra eos promulgavit, sibi, &  
successoribus suis tantum absolventi facultatem reservavit,  
prout in eadem constitutione plenius continetur.

§. 2. Cum igitur postmodum experientia docuerit, ex  
remedio hujusmodi, non quæ sperabatur, utilitatem, &  
fructum provenisse, verum potius multis Satanæ mali-

FEARRAR. BIBLIOTH. TCM. I.

tia ad peccandum inducis, difficilliori, ob soli Sedi Apo-  
stolicæ reservatam absolventi facultatem, reddito ad  
penitentiam aditu, eos à nefariis hujusmodi flagitiis  
perpetrandis non solum non retraxisse, sed etiam plu-  
rimorum sacrilegiorum, gravissimorumque peccatorum,  
& scelerum occasione dedisse. Non propterea animad-  
vertentes, gladium ecclesiasticæ disciplinæ, præsentium  
quoad censuras & penas spirituales, ita exercendum  
esse, ut ad medicinam tendat, non ad perniciem ani-  
marum, Eternumque Pastorem, cujus vices in terris ger-  
imus, quantum divina ejus gratia adjutrice) possu-  
mus imitari volentes, qui venit animas hominum sal-  
vare, non perdere, neminique quantumcumque gravi-  
tèr, & enormiter deliquerit, viam salutis præcluserit,  
quin potius ad eam assequendam copiosa remedia adhi-  
bit, ac nobis reliquit; & simul utilius censentes ubi  
nec de homicidio, nec de animato factu agitur, penas  
non imponere duriore illis, quæ per sacros canones,  
& leges profanas sunt inflicta, habita super hoc cum  
venerabilibus fratribus nostris, S. R. E. Card. super ne-  
gotiis, & consultationibus Episcoporum deputatis, ma-  
tura deliberatione, de eorum consilio constitutionem  
prædictam sic duximus moderandam, ut à peccato, &  
excommunicatione contra personas ibi expressas lata,  
tam quoad eos, qui hæcenus deliquerunt, quam quoad  
illos, qui post nostram constitutionem in eisdem cau-  
sibus delinquant, quilibet Presbyter, tam secularis, quam  
cuiuscvis ordinis Regularis ad Christi fidelium confessio-  
nes audiendas, & ad hoc casus specialiter per loci Ordi-  
narium deputatus, plenam, & liberam in foro conscientie  
tantum absolventi habeat facultatem, eandem prout  
super, quam idem Sixtus V. Prædecessor noster sibi ac suis  
successoribus reservavit.

§. 3. Quo verò ad penas procurantium abortum fetus  
inanimis, aut exhibitum mulieribus, vel sumen-  
tium venena sterilitatis, aut quocumque modo auxilium,  
vel consilium eis dantium, in prædicta constitutione  
contentas, constitutionem præfatam in ea parte ubi de his  
agit, ad terminos juris communis, ac sacrorum Cano-  
num, & Conc. Trident. dispositionem, auctoritate apo-  
stolica tenore præsentium, tam quoad præterita, quam quoad  
futura, perpetuo reducimus, perinde ac si eodem  
constituito in hujusmodi parte nunquam emanasset.

§. 4. Non obstantibus eadem Prædecessoris nostri  
constitutione, quam quoad reliqua omnia, præter con-  
tenta in hac nostra constitutione, in suo robore omni-  
nō permanere volumus, ceterisque contrariis quibus-  
cumque.

§. 5. Volumus autem, &c.

§. 6. Nulli ergo, &c.

*Datum Rome in Monte Quiriniali anno Incarnationis  
Dominicæ 1591. prid. Kal. Junii Pontificatus nostri  
anno primo.*

Unde ex hac Gregorii XIV. constitutione aperte col-  
ligitur, quod illa Sixti V. solum sit moderata in duo-  
bus, quantum scilicet ad absolutionem ab excommuni-  
catione, quæ per Sixtum reservabatur Summo Ponti-  
fici, & nunc per Gregorium potest absolvi ab Episco-  
po, & à quolibet Confessario pro ipsum specialiter de-  
putato; & quantum ad penas procurantium abortum  
factus adhuc inanimati, vel præbentium mulieribus, seu  
sumentium venena sterilitatis, quas Gregorius reduxit  
ad terminos juris communis, auferendo illas rigidas  
penas à Sixto in hac sua peculiari constitutione inflic-  
tas, puta excommunicationem, irregularitatem, priva-  
tionem omnis privilegii clericalis, inhabilitatem ad om-  
nia officia, & beneficia, privationem ipsorum officio-  
rum, & beneficiorum jam obtentorum, & degradationem  
cum traditione curiæ seculari talis degradati. Quæ  
tamen omnes una cum pœnis ab utroque jure contra ho-  
micidas voluntarios statuti remanent in suo robore, &  
adhuc hodie incurruntur à procurantibus abortum fetus  
jam animati quocumque modo sive per se, sive per  
alium, sive directè, sive indirectè, sive consulendo, si-  
ve auxilium, aut favorem præstando, ut clarè patet le-

